

SACRED HEART OF JESUS

Errors? help@extraordinaryform.org

INTROIT Psalms 32: 11, 19

Cogitatiónes Cordis ejus in generatiónes et generatióne[m]: ut éruat a morte ánimas eórum et alat eos in fame. Exsultáte, justí, in Dómino, rectos decet collaudátió. Glória Patri et Fílio et Spíritui Sancto, sicut erat in princípíio, et nunc, et semper, et in sæcula sæculórum. Amen.

Cogitatiónes Cordis ejus in generatiónes et generatióne[m]: ut éruat a morte ánimas eórum et alat eos in fame.

COLLECT

Deus, qui nobis in Corde Filii tui, nostris vulneráto peccáti[s], infínit[is] dilecti[on]is thesáuro[s] miser[icordi]e largíri dignáris: concéde, quæsumus; ut, illi devótum pietátis nostræ præstántes obséqui[um], dignæ quoque satisfacti[on]is exhibeámus officium. Per eúndem Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

EPISTLE Ephesians 3: 8-19

Fratres: Mihi, ómni[um] sanctor[um] mínimo, data est grátia hæc, in géntib[us] evangelizáre investigábiles divítias Christi, et illumináre omnes, quæ sit dispensátió sacramé[n]ti absconditi a sæculis in Deo, qui ómnia creávit: ut innotéscat principátibus et potestátibus in cæléstibus per Ecclésiám multifórmis sapiéntia Dei, secúndum præfinitiónem sæculórum, quam fecit in Christo Jesu, Dómino nostro, in quo habémus fidúciám et accéssum in confidéntia per fidem ejus. Hujus rei grátia flecto génu[m] meum ad Patrem Dómini nostri Jesu Christi, ex quo omnis patérnitas in cælis et in terra nominátur, ut det vobis, ecúndum divítias glóriæ suæ, virtúte corroborári per Spíritum ejus in interiorem hóminem, Christum habitáre per fidem in córdibus vestris: in caritáte radicáti et fundáti, ut póssitis comprehénder[e] cum ómnibus sanctis, quæ sit latitúdo, et longitúdo, et sublímitas, et profúndum: scire étiam supereminéntem sciéntiæ caritátem Christi, ut impleámini in omnem plenitúdinem Dei.

GRADUAL Psalms 24: 8-9

Dulcis et rectus Dóminus: propter hoc legem dabit delinquentibus in via.

Díriget mansúetos in iudicio, docébit mites vias suas.

LESSER ALLELUIA Matthew 11: 29

Allelúja, allelúja. Tóllite iugum meum super vos, et díscite a me, quia mitis sum et húmilis Corde, et inveniétis réquiem animábus vestris. Allelúja.

GOSPEL John 19: 31-37

In illo témpore: Judæi, quóniam Parasceve erat, ut non remanérent in cruce córpora sabbato, erat enim magnus dies ille sabbati, rogavérunt Pilátum, ut frangeréntur eórum crura, et tolleréntur. Venérunt ergo mílites: et primi quidem fregérunt crura et alterius, qui crucifíxus est cum eo. Ad Jesum autem cum veníssent, ut vidérunt eum jam mórtuum, non fregérunt ejus crura, sed unus mílitum láncea latus ejus apéruit, et continuo exívit sanguis et aqua. Et qui vidit, testimónium perhibuit: et verum est testimónium ejus. Et ille scit quia vera dicit, ut et vos credátis. Facta sunt enim hæc ut Scriptúra implerétur: Os non comminuétis ex eo. Et iterum alia Scriptúra dicit: Vidébunt in quem transfixérunt.

OFFERTORY Psalms 68: 21

Impropérium exspectávi Cor meum et misériam: et sustínui, qui simul mecum contristarétur, et non fuit: consolántem me quæsívi, et non invéni.

SECRET

Réspice, quæsumus, Dómine, ad ineffábilem Cordis dilécti Filii tui caritátem: ut quod offérimus sit tibi munus accéptum et nostrórum expiátió delictórum. Per eúndem Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

PREFACE OF THE SACRED HEART

Vere dignum et justum est, æquum et salutáre, nos tibi semper et ubique grátias ágere: Dómine sancte, Pater omnipotens, ætérne Deus: Qui Unigénitum tuum, in Cruce pendéntem, láncea mílitis transfígíri voluísti: ut apértum Cor, divinæ largitátis sacrárium, torréntes nobis fúnderet miserati[on]is et grátia[e]: et, quod amóre nostri flagráre numquam déstitit, piis esset réquies et poeniténtibus patéret salutis refúgium. Et ideo cum Ángelis et Archángelis, cum Génibus et Dominati[on]ibus cumque omni milítia cæléstis exércitus hymnum glóriæ tuæ cánimus, sine fine dicéntes:

COMMUNION John 19: 34

Unus mílitum láncea latus ejus apéruit, et continuo exívit sanguis et aqua.

POSTCOMMUNION

Præbeant nobis, Dómine Jesu, divinum tua sancta fervórem: quo dulcíssimi Cordis tui suavitáte percépta; discámus terréna despícere, et amáre cæléstia: Qui vivis et regnas, cum Deo Patre in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

The thoughts of His Heart are from generation to generation: to save their souls from death, and to feed them in famine. Rejoice in the Lord, O ye just: praise becometh the upright. Glory be to the Father, and to the Son, and to the Holy Spirit, as it was in the beginning, is now, and ever shall be, world without end. Amen.

The thoughts of His Heart are from generation to generation: to save their souls from death, and to feed them in famine.

O God, who in the Heart of Thy Son, wounded by our sins, dost mercifully vouchsafe to bestow upon us the vouchsafes treasures of Thy love: grant, we beseech Thee, that we who now render Him the service of our devotion and piety, may also fulfill our duty of worthy satisfaction. Through the same Jesus Christ, Thy Son, our Lord, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

Brethren, To me, the least of all the Saints, is given this grace, to preach among the Gentiles the unsearchable riches of Christ: and to enlighten all men, that they may see what is the dispensation of the mystery which hath been hidden from eternity in God, who created all things: that the manifold wisdom of God may be made known to the principalities and powers in heavenly places through the Church, according to the eternal purpose which He made in Christ Jesus our Lord: in whom we have boldness and access with confidence by the faith of Him. For this cause I bow my knees to the Father of our Lord Jesus Christ, of whom all paternity in heaven and earth is named, that He would grant you according to the riches of His glory, to be strengthened by His Spirit with might unto the inward man, that Christ may dwell by faith in your hearts: that, being rooted and grounded in charity, you may be able to comprehend with all the Saints, what is the breadth and length, and height and depth: to know also the charity of Christ which surpasseth all knowledge, that you may be filled unto all the fullness of God.

The Lord is sweet and righteous: therefore He will give a law to sinners in the way. He will guide the mild in judgment: He will teach the meek His ways.

Alleluia, alleluia. Take my yoke upon you and learn from Me, because I am meek and humble of Heart: and you shall find rest to your souls. Alleluia.

At that time: The Jews (because it was the Parasceve), that the bodies might not remain upon the cross on the Sabbath day (for that was a great Sabbath day) besought Pilate that their legs might be broken, and that they might be taken away. The soldiers therefore came: and they broke the legs of the first, and of the other that was crucified with Him. But after they were come to Jesus, when they saw that He was already dead they did not break His legs. But one of the soldiers with a spear opened His side, and immediately there came out blood and water. And he that saw it hath given testimony: and his testimony is true. And he knoweth that he saith true, that you may believe. For these things were done that the Scripture might be fulfilled: You shall not break a bone of Him. And again another Scripture saith: They shall look on Him whom they pierced.

My Heart hath expected reproach and misery; and I looked for one that would grieve together with me, but there was none: and for one that would comfort me, and I found none.

Have regard, we beseech Thee, O Lord, to the inexpressible love of the Heart of Thy beloved Son: so that what we offer may be a gift acceptable to Thee, and an expiation for our offenses. Through the same Jesus Christ, Thy Son, our Lord, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

It is truly meet and just, right and for our salvation, that we should at all times and in all places give thanks to Thee, holy Lord, Father almighty, eternal God: Whose will it was that Thine only-begotten Son, while hanging on the Cross, should be pierced by the soldier's lance: that the Heart thus opened should, as from a well of divine bounty, pour over us streams of mercy and of grace: and that the Heart which never ceased to burn with love for us, should be for the devout a haven of rest and for the penitent an open refuge of salvation. And therefore with Angels and Archangels, with Thrones and Dominations, and with all the hosts of the heavenly army, we sing a hymn to Thy glory, evermore saying:

One of the soldiers with a spear opened His side, and immediately there came out blood and water.

May Thy holy Mysteries, O Lord Jesus, impart to us divine fervor: wherein we may taste the sweetness of Thy most loving Heart, and learn to despise what is earthly and love what is heavenly: Who lives and reigns with God the Father in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.